Nos Petrus de Trzalkow Judex et Janussius de Obrzonica
Subjudex Generales Terrae Sandomiriens. Profitemur
per praesentem Literam tam praesentibus quam futu
ris. Quia Helena relicta Thomconis de Milejowicze
veniens ad Nostram Nostrorumq Assessorum praesen
tiam. Recognovit quod quartam partem Villae dictae
Milejowice cum omnibus, utilitatibus, fructibus, re
ditibus et obventibus universis quibus cumq censent
nominibus, et cum omni jure et Dominio prout sola
habuit, nihil pro se penitus ibidem reservando
pro Ducentis marcis medior Grossorum vendidit
perpetualiter Andreae Coszczejow et habet eundem
pro eadem parte haereditatis a quolibet intercedere
juxta juris formam, Mszczyszeq de Kowale Heres fide
jussit eidem Andreae pro Pueris ejusdem, Dominae vi
delicet Dorotheae et Barbara, In hunc modum quod
non debent infringere eandem venditionem, neq revo
care ad spatium 15 Annos a data praesentium. Sed tene
bunt venditionem praedictam per Matrem eorum
factam, et quod praedictae quoq Filiae, ipsum Andream
a qualibet persona juxta juris ordinem, pro eadem
parte Haereditatis memoratae debent tueri et intercede
re. Et quando idem Mszczyszco pro eadem fide jussione
citaretur ad instantiam Andreae ejusdem, tunc in Distri
ctu Opatoviens et in terminis ibidem debet intercedere
eidem districtu alio se non Excipiendo in cujus rei testi
monium Nostra sigilla praesentibus sunt appensa
Datt in Opathow Feria Quinta post Dominicam Ju
dica Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Deci
mo Octavo. Praesentibus his Nobilibus, Lasotha de
Sobiechy, Nicolao de Czasthkow, camerarijs Joanne
de Abrosein, Stefano de Ulanowice, Przedslao de
Kowalowicze Petro de Woiszechowicze et alijs quam
plurimis fide dignis